

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3524

Auteur(s) : Cricqueville-en-Auge, Notre-Dame de Royal-Pré, dépendance Val-des-Choues (prieuré)

Bénéficiaire(s) : Louis IX, France (roi)

Genre d'acte : lettre

Authenticité : non suspect

Datation : 1256, janvier

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

En remerciant au roi Louis [IX] des donations faites pour eux, le prieur et les religieux de Saint-Michel de Bastebourg s'engagent à célébrer une messe pour le roi et la reine tant de leur vivant qu'après leur mort.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 538, p. 97-98.

Dissertation critique

Saint-Michel de Basdebourg est ancien nom du prieuré Notre-Dame de Royal-Pré à Cricqueville-en-Auge.

Texte établi d'après a

Excellentissimo domino suo Ludovico, Dei gratia, Regi Francorum illustrissimo, prior et fratres Domus Dei Sancti Michaelis de Basteborc, Lexoviensis diocesis, ordinis Vallis Callium, orationes in Domino Jhsu Xpisto. Cum, sicut dignum et justum est, ut pro benefactoribus nostris orare teneamur, et specialiter pro hiis quorum, solo Dei amore, beneficia recepimus in terris, nolentes beneficii a nobis accepti esse immemores, attendentes etiam vestre pie devocionis affectum, quam erga ordinem nostrum et etiam erga nos et domum nostram Sancti Michaelis de Basteborc, quam pro vestra reputamus, habetis vestri gratia et habuistis, ad aures clementie volumus pervenire, quod nos, grato et unanimi concurrentes assensu, omnium et singulorum bonorum spiritualium, que umquam facta fuerunt et de cetero fient in predicta domo Sancti Michaelis de Basteborc, que vestra est, vobis et anime vestre et animabus antecessorum, amicorum et parentum vestrorum, quos ad hoc vobis associari placuerit plenariam in Domino participationem concedimus, tam ad vitam quam ad mortem, et spetialiter illarum orationum que ad missam pro vobis et domina regina Francie et liberis vestris consueverunt in ecclesia solempniter celebrari, de spetiali gratia addentes et concedentes benigne pro vestre ac felicis recordationis patris vestri et karissime matris vestre et aliorum amicorum vestrorum animarum remedio, quos ad hoc vobis, prout dictum est, associare placuerit, unam missam per singulos dies in monasterio vestro ex nunc in perpetuum per unum de fratribus nostris presbyteris cum pia devotione sollempniter celebrandam. Ad cujus rei memoriam et perpetuam firmitatem, hanc presentem cartam benignitati vestre transmittimus humiliter, et concedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, mense januario. Valeat excellentia et dominatio vestra bene et diu in Domino Jhsu Xpisto.